PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 179r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



demonstrare oportet nisi quod sic se habeat ut consiliarius dicit
in iudicialibus autem id non satis facit. Nam cum de alienis
rebus iudicium sit utilis est auditorum preparatio qui rem suam
considerantes ac ad gratiam audientes largiuntur litigan-
tibus non iudicant. Quapropter multis quoque in locis ut iam
diximus ne preter rem quidquam dicatur legibus cautum
est ibique id ipsi iudices observant. Verum quoniam per-
spicuum est artificiosam viam et rationem de fide faciundam
esse fidem que demonstratione fieri tunc enim vehementer
credimus cum demonstratum esse putaverimus. Enthime-
ma quoque rethoricam esse demonstrationem quod ut sim-
pliciter dicam precipuum est in persuasione idque esse silogis-
mum quemdam et de quolibet silogismo dyaleticam vel
universam vel partem eius quamdam considerare
patet eum ~~considerare~~ qui ex quibus et quomodo silogi-
smus fiat optime posset perspicere maxime enthime-
maticum esse cum ad hec aliud etiam teneat quibus de rebus
enthimemata sunt quidque a logico silogismo differant
eiusdem enim virtutis ~~Ee~~ et veri et verisimilis consideratio
est. Ad hec etiam homines satis ad veritatem nati sunt
et ut plurimum veritatem consecuntur. Quam ob rem
qui probabilia facile coniectura consequitur is et ad veri-
tatem similiter se habet. Perspicuum igitur est de hiis
que preter rem sunt artes ab ~~hiis~~ traditas esse quamquam // alys
ob rem ad iudiciales magis ~~magis~~ preceptiones declinarunt
Utilis autem rethorica est tum quoniam vera et iusta me-
liora secundum naturam sunt quam contraria ita ut nisi
decenter iudicia fiant necesse sit in eis vinci quod vituperatione
dignum est tum quia ne si certissima quidem habeamus scien-
tiam facile est per eam non nullis persuadere impossibile
namque id est cum scientie ratio ad doctrinam sit. itaque necessa-
rio ut etiam in topicis dicebamus cum de collocutione cum
multis diceremus fides et oratio ex communibus faciunda est. facienda
Pretera oportet ut sicut et in silogismis contraria persuadere